Quelle: https://manuscripta.at/?ID=468
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



sum primus. ego in sempiternum. manus
mea fundauit terram. et dextera mea
firmauit celum. Vocabo eos. et stabunt
simul. congregabuntur omnes et au-
dient. Quis ei nuntiauit hec. Di
lugens te feci uoluntate tua sup
babylonem. ut auferrem semen chal
deorum. Ego locutus sum. et ego uoca
ui. adduxi eum et prosperam feci uiam eius.
Adducite a me. et audite hec. Non
a principio in abscondito locutus sum
qui fiebat ibi eram. Et nunc dominus dominus mi-
sit me. et spiritus eius. Quibus ante iam
dixerat. audite hoc domus iacob. qui
uocamini nomine israel. et de aquis
iuda existis. nunc adeo sunt loquuntur.
Audi me iacob. et israel quem ego uo
co. Multi enim uocati. et pauci elec-
ti. Unde non eos electos. quia nec dum
recepant saluatorem. si uocatos nun
cupat. Ego sum inquit alfa et ω.
primus et nouissimus. qui uiuo et fui
mortuus. ut uitam ad principium
referas. nouissimum ad eum qui
mortuus est. qui se exinaniuit for-
mam serui accipiens factus obe-
diens patri humiliauit se usque ad
mortem. et mortem crucis. Manus mea
fundauit terram. Non in superbis
dr. Dominus sapientia fundauit terram. et
dextera illius mensa est. siue firmauit
celos et celum ut lex. instituerent. Vo
cat autem celos ut eius parcant uis-
sioni. et enarrent gloriam eius. Si autem
celi obediunt domini uoluntati et
suo currunt ordine. quid gloriatur terra
et emis ignorat fragilitatem suam. Con
gregamini omnes uos. et audite. et celi
et uniuersi creata. et omnis multitu
do israel. Quis est qui iubent audire.
Quem dominus dilexit eum. haut dubium.
quin cyrum darium; significet. qui
fecit uoluntatem domini contra babylo
nem et brachium suum exercuit in
chaldeis. et ipse locutus est. et uocauit
nomine suo. et adduxit eum. et di
recta est uia eius. ut nullus uiribus eius
auderet resistere. Unde et uocat eos
ut accedant et audiant. et domino predicen
te cognoscant. uenturum esse regem
persarum atque medorum. qui subruat
babylonem. deleatque chaldeos. Et ut
hec nuntiet. dicit se prophetam missum
a domino. et spiritum eius. Hoc iuxta hebreos
et eorum opinionem. Cum iuxta sym
machum qui interpretatus est. quis ei
nuntiauit hec quem dominus dilexit qui
faciet uoluntatem eius in babylone.
et iuxta lxx. ut auferat spem chaldeorum
a domino a domino persona refert. qui uero
dilectus a patre est. et qui fecit omnem
uoluntatem patris. et qui subuer-
tit in babylone hoc est in confusione
huius mundi. omne semen chaldeorum. qui
demones intercipiant. Ipse locutus est
et audiuit filium. et adduxit illum. qui
loquitur ad credentes. Venite ad me
omnes qui onerati estis. Et audite
hec que a principio in abscondito
sum locutus. hoc est per enigmata et mis-
teria prophetarum quod cunctis retro ge
nerationibus fuerat ignoratum. Qui